



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1766**

**VD18 90118251**

§. 36. Concilium Redinganum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](#)

si repetas, videbis ab anno 1146 creditum Sæcul. XIII.  
esse hoc S. corpus haberi Veselii; & an. A.C. 1279.  
898 Imperatorem Leonem Philosophum *Sup. lib. 69.*  
curasse id apportari Constantinopolim, §. 34.  
ac Epheso quidem secundum verba Ce- L. 54. §. 34.  
dreni. Omnia hæc facta non facile con- Cedr. to. 2.  
ciliari possunt cum illa inventione in p. 599.  
Provincia.

*Lauvoi. p. 4.*

§. XXXVI.

*Concilium Redinganum.*

In Anglia novus Archiepiscopus Can-  
tuariensis Joannes Pecamus 30 Julii  
an. 1279 Redingæ oppido ad Tamesim *to. II. conc.*  
concilium egit, quo convocatis omnibus *p. 1062.*  
Suffraganeis suis renovavit sanctiones  
concilii Lateranensis an. 1215 celebrati, *Sup.*  
& Londinensis an. 1268 habitæ per Le-  
gatum Ottobonum contra possessionem  
plurium beneficiorum animarum cura  
præditorum. Concilium Redinganum *Conc. Lugd.*  
vult etiam executioni dari decretum *c. 14.*  
Gregorii X in concilio Lugdunensi, ut ne  
paroeciæ jure fiduciario conferantur præ-  
terquam certis conditionibus. Mandat,  
ut Parochi suis in Ecclesiis promulgent  
undecim casus anathematis latæ senten-  
tiæ: quorum septimus est contra illos,  
qui non conficiunt imperium Regis, ut  
proscripti capiantur. Præcipit, ut infan-  
tes intra dies octo ante Pascha & Pen-

F 4 tecosten

Sæcul.XIII. tecosten nati ad solennem baptismum re-  
A.C.1279. serventur.

p.1068.

Hoc in concilio facta insuper est con-  
stitutio pro Virginibus Deo sacris, quæ  
jubet eas divinum officium cantare inte-  
grum nihil hinc detrahendo, ac præscri-  
bit modum adeundi ac recipiendi homi-  
nes profanos. Nam illæ non manebant  
semper intra claustra coenobii: sed exi-  
bant quandoque ad visendos cognatos  
suos, vel propter negotia, quæ necessaria  
videbantur. Colloquii locus, ubi saluta-  
tiones excipiebant, erat aula quædam  
fine disjunctione, sine cancellis, nec nil  
cum comite in illam veniebant, ejusdem-  
que porta egredi vetabantur. Comed-  
bant interdum intra claustra sua cum ex-  
traneis: id quod Concilium prohibet, ve-  
lut etiam, ne se dominas vocari carent.  
Pro Judicibus arcanis non illis alias per-  
mittit Religiosos, quam Fratres Prædica-  
tores Minoresve.

### §. XXXVII.

*Regis Ladislai editum de Comanis.*

Philippum Firmensem in Marchia An-  
conitana Episcopum Papa Nicolaus  
**Ughell. to.2.** Legatum in Hungariam miserat, hujus  
p.781. regni turbas pacaturum: nam Proceres  
in Regem Ladislaum III consurrexerant;  
diripiebantur Ecclesiistarum bona; jura ea-  
rum